



**Robert Tvrneri Viri Doctissimi Professoris In Academia
Ingolstadiensi Orationvm. Volvmen ...**

Turner, Robert

Coloniae Agrippinae, 1625

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69519](#)

AD LECTOREM.

Adiunximus sub finem Turneri, Campiani quædam, cuius se ille discipulum nominat, Gratus sanè Discipulus, cui hæc Campiani lipsana debemus, quæ quanto studio conquerierit, ut nihil tanti viri periret, patet ex Epistola 150. ad Gvvalterum Gvvinum: *Stainhurstus* ut sua suauitatis mihi explicet diuitias, etiam communicauit aliquot Campiani Epistolas. Hic te volo mihi virum. Si quid Campiani scriptum possis emere, expilare, dono accipere, Orationes, Dialogos, Poemata: horum tu mihi copiam, si redimas pecunia, sive scripta illius, sive laborem scribentium, illa tibi repræsentabitur à me bona fide. Hæc ideo ponō, ut moneam vnde nobis sint hæc Campiani; & ut alios excitem ad promenda ea, quæ varia varij habent scripta eiusdem sparsa.

Antonius. 150. 150.